Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus in sæcula.

Gloria Patri, &c.

A COMPLIES.

CUM invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, et exaudi orationem meam.

Fili hominum, usquequo gravi corde ? ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium ?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.